



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum Spiritus S. prius vel plenus procedat à patre quam à filio. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

**S**oli sic ait. Iste est Spiritus procedēs de patre & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idē in alia Hom. credendum est Spiritum sanctum patris esse, & filii. Istum Sp. sanctum dicimus patri & filio coæqualē, & procedentē de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpāt bonos mores. Ecce à doctoribus Græcorum aperte habem⁹ testimonia, quibus Sp. sanctum à patre & filio pcedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur, Spiritum sanctum procedere à patre & filio.

*Apostolorū tom. 4. Idem Chryf. Hom. 2. in expositione eu. s. dē symboli, tom. eodem.*

**P**TRVM SPIRITVS SANCTVS PRIVS  
vel plenius procedat à patre quam  
à filio.

DISTINCTIO XII. A

**I**TEM quæritur cum Spiritus sanctus à patre procedat & à filio. vtrum prius vel magis pcesserit à patre quam à filio: quod nititur hæreticus ostendere ita dicens: Si processit Spiritus sanctus à patre processit utiq; aut nato iam filio, aut nō nato filio. Si vero iam nato filio processit, ante natus est filius quā processerit Spiritus Sanctus: præcessit ergo natiuitas filii processionem Spiritus sancti. Si autem processit à patre non genito filio, ante processit quam filius genitus fuerit.

*Argumentatio hæretici.*

*Responsio Aug. ad id quod primo quærebatur scilicet an prius à patre quam à filio processerit.*

*E In principi- p. 1. cap. 26.*

**H**IS & huiusmodi quæstionib⁹ magis laboriosis quam fructuosis respondet Aug. in xv. libr. de Trin. dicens, in illa summa Trin. quæ Deus est, interualla temporum nulla sunt per quæ posset ostēdi aut saltē requiri. vtrum pri⁹ de patre nat⁹ sit fili⁹ & postea de ambob⁹ pcesserit Sp. s. Nunquid ergo possumus quærere vtrum iā processerat de patre Sp. s. quando natus est filius: an nondum processerat, & illo nato de vtroq; processit. Non possunt prors⁹ ibi ista quæri, vbi nihil ex tēpore incho-

*Paulo infertius. Ibid paulo inferius.*

E 3 atur

atur, vt ex cōsequēti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generatione filii de patre, intelligat sine tempore processione Spiritus sancti de vtroque. Ecce his verbis abso-  
luta est quęstio illa qua quærebatur, vtrum prius processerit Spiritus sanctus à patre quam à filio.

*Hic agitur de eo quod secundo quærebatur scilicet an plenius vel magis processerit à patre quam à filio.*

**N**VNC tractandum est quod secundo quærebatur scilicet an plenius aut magis procedat S. sanctus à patre quàm à filio. Ad quod dicimus, quia sicut non ante procedit à patre quam à filio: ita non plenius vel magis procedit à patre quam à filio. Aug. tamē in xv. de Trin. dicens, quod Sp. sanctus principaliter procedit de patre. Non frustra, inquit, in hac Trin. non dicitur verbum Dei nisi filius: nec donum Dei nisi Sp. sanctus: nec de quo genitum est verbum, & de quo procedit Spiritus sanctus principaliter, nisi Deus pater. Ecce audistis, quia Spiritus sanctus principaliter procedit à patre. Sed ne te hoc turbaret, ipse continuo, ex quo sensu hoc dixit, aperit, dicens. Ideo addidi principaliter, quia de filio Spiritus sanctus procedere reperitur: sed hoc quod illi pater dedit non iam existenti, & nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit genitudo dedit. Sic ergo cum genuit, vt etiā de illo donū cōmune procederet, & Sp. sanctus Spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet, quomodo Spiritus principaliter procedat à patre: non quia prius vel magis procedat à patre quam à filio: sed quia cum procedat à filio, hoc ipsum habet filius à patre.

*Ex eodem sensu etiam dicitur Spiritus sanctus proprie procedere à patre.*

Ex eodē sēsu etiam dicitur procedere proprie de patre. vnde Hierō. in expositione catholice fidei Niceniq; symboli ait. Credim⁹ in sp. sanctum qui

*Cap. i. ad medium huius.*

*Ibidem continuo.*

*Hieron. in explanatione fidei post*